



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. 1. Quis sit Minister huius Sacramenti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

occulta, si quæ inueniant; hoc tamen per accidens eis conuenit, vt suprà dictum est: non enim ad hoc peculiariter sunt instituta. Sed hoc Sacramentum ex suâ principali institutione habet, vt quidquid ex vitâ præterita remanet, id omne expierit, idque propter articulum illum, qui tanti est momenti. Hoc indicat Apostolus, cùm ait; *Si in peccatis fuerit, remittentur ei.* Et Concilium Trident. cap. 3. *Si que delicta sint adhuc expienda, abstergit.*

2. intellige  
torporem,  
mortalem,  
& anxietem,  
Secundò, ad reliquias pertinet torpore animi ad res diuinæ; mæror ob mortem instantem, & ob ea quæ deseret; anxietas ob incertitudinem salutis; quæ tria dicuntur reliquie peccatorum, quia ex peccatis orta sunt. Hæc maxime hominem opprimunt in exitu vita. Has reliquias abstergit hoc Sacramentum certâ quadam mensurâ, quod significat Apostolus, dum ait; *Alleuiabit, seu, excitabit eum Dominus.*

Petes: Quomodo hoc fiet? Respondeo: Per auxilium speciale, quod hoc Sacramento conferatur, vt verbum græcum ἐγέρει indicat, quo auxilio excitatur homo ab illo torpore ad cogitationem & amorem cœlestem, ad consolationem spiritualem, & ad fiduciam diuinæ misericordia, *Ut facilius possit morbi incommoda perserre, & tentationibus damnonis resistere*, vt inquit Concil. Tridentinum, cap. 2.

### CAPVT III. De Ministro huius Sacramenti.

#### DVBIVM I.

##### Quis sit Minister huius Sacramenti?

18  
Solas Sa-  
cerdos est  
minister.  
**R**espondeo: Solus Sacerdos est Minister huius Sacramenti. Est fide tenendum. Colligitur ex verbis Apostoli: *Inducat Presbyteros Ecclesiæ.* Vbi per Presbyteros non possunt intelligi seniores estate, vt exponunt quidam heretici: tum quia, iuxta vsum Scripturæ noui testameti & Ecclesiæ, Presbyter non significat, nisi solum Sacerdotem: tum quia neque foli, neque omnes aetate seniores habent donum miraculorum, de quo ipsi volunt agi: tum quia horum non est orare, sed Sacerdotum: tum deniq; quia Patres hoc loco per Presbyteros intelligunt Sacerdotes, vt patet ex testimonijs suprà citatis. Vide Concilium Trident. sess. 14. c. 3. & can. 4. *De Sacramento extrema Vnctionis.*

Dices Primo: Apostolus ait in plurali, *Inducat Presbyteros*; atqui vnu Sacerdos sufficit: ergo non loquitur de Sacerdotibus.

Respondeo: Esse heterosim numeri, id est, pluralem accipi pro singulari; sicut cùm dicimus, *Peccata esse confienda Sacerdotibus.* Non enim volu-

Nee in ne-  
cessitate id  
potest lai-  
cus.  
mus dicere multis esse confienda, sed alio è multis.

Dices Secundo: Innocentius I. suprà epist. 1. cap. 8. ad Decentium, inter cetera ait: *Quo oleo ab Episcopo confecto, non solum Sacerdotibus, sed omnibus Christianis vt licet in sua aut suorum necessitate, in ungendo: ergo omnes Christiani possunt inungere.*

Respondet Thomas Waldensis. Tom. 2. de Sacramentis, cap. penult. verba Innocentij, intelligenda esse de absentia Sacerdotis: tunc enim laicum posse hoc Sacramentum administrare, si infirmus ob periculum non possit expectare. Sed hec responsio nihil valet; quia nullum est Sacra-

mentum, quod non requirat ministrum Sacerdotem, præter Baptismum, ob summam eius necessitatem; & matrimonium, quod consistit in mutuo contractu nubentium.

Dicendum ergo breviter: Illud inungendo, accipi passiuè, id est, vt inungantur; omnes enim Christiani possunt vti hoc oleo, aduocando Sacerdotes in suis & suorum necessitatibus, vt inungantur, scilicet qui in necessitate sunt. Ita Ianse-nius in cap. 6. Marci. Et facile patet ex verbis Innocentij: nam sequentibus verbis incipit primum declarare quis sit minister huius Sacramenti, & ait, esse Episcopum, & Sacerdotem. Habet autem hoc Sacerdos ex proprio officio, & non ex commissione, sicut Diaconus est minister Baptismi tantum ex commissione.

#### DVBIVM II.

##### Vtrum licet cuius Sacerdoti hoc Sacra- mentum administrare?

19  
Nō omnis  
Sacerdos  
hoc Sacra-  
mentum li-  
cite admi-  
nistret.  
**D**ico Primo: Nemini Sacerdoti licitum est absque facultate administrare vllum Sacramentum, nisi suo subdito, excepto articulo ex- tremæ necessitatis. Ratio est, quia administrare Sacra- menta est pascere populum Christianum; imò est primarius actus Pastoralis; vnde non est nisi Pastorum Ecclesiæ, vel eorum, quibus ipsi commiserint. Imò Clementinâ I. *De Prouilegijs*, excommunicatur ipso facto Religiosi, qui clericis aut laicis Sacramentum extremp Vnctionis, vel Eucharistie ministrare, aut Matrimonia solemnizare, sine speciali Parochialis Presbyteri licentia præsumperint, vt etiam diximus suprà q. 82. ar. 3. in Dub. Alij tamen Sacerdotes non excommunicantur, quamvis id ipsi non licet, vt rectè Nauarri cap. 21. Enchiridij, num. 52. & cap. 27. num. 101.

Religiosi  
hoc admi-  
nistrantes,  
excommu-  
nicantur.  
Non tamen  
alii Sacer-  
dotes,  
Quilibet  
Sacerdos  
potest in  
necessitate.  
Dico Secundò: In necessitate, quando proprius Sacerdos haberi nequit, potest & debet quiuis Sacerdos inungere infirmum, vt rectè Sotus. Quod est contra Nauar. cap. 27. num. 101: & quosdam alios. Ratio est, quia per hoc Sacramentum fieri potest, vt salveretur, qui alioquin esset damnandus. Vnde in tali casu censetur adesse ratihabito Parochi. Et quamvis confaret illum non consentire, censetur tamen Ecclesia consentire, & dare liberam potestatem, quæ non vult infirmum in tali casu eo beneficio desitui.

#### CAPVT IV.

##### De Suscipientibus hoc Sacra- mentum.

#### DVBIVM I.

##### Quibus hoc Sacramentum conferri debeat?

20  
Non potest  
dari sanis,  
**R**espondeo & Dico Primo: Non posse conserri sanis, sed solum infirmis morti propinquis. Est certa.

Probatur Primo ex verbis Apostoli: *Infirmatur, sed agit.* ait, *quis in vobis?* Quid autem loquatur de graui infirmitate: Patet, tum quia iubet adduci Presbyteros Ecclesiæ; tum quia dicitur, *Oratio fidei salvabit infirmum*; vbi notanda est vox græca σωματία infirmum: *σώμα* enim significat, *granter labore.*

Probatur